Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



capiunt. Terre motus uero magnus p̃secutio magna
& ualidissima intelligit. unde dicit. quia talis terre
motus numquam fuit sic magnus. ex quo homines fu
erunt in terra. Hoc etiam & dns magnifestat. cum
in euangelio dicit. Erit tunc tribulatio. qualis n̄ fuit
ab initio seculi. Possumus & ista. in bonam partem. hoc
ē ad predicatores ueritatis referre. qui ista omnia
complebunt spualiter: ad confirmanda corda elec
torum & terrendos animos reproborum. Fulgura
sunt eorum miracula. que illuminant fideles. &
terrent infideles. uoces illorum exhortamenta pieta
tis. contrua comminationes futuri iudicii. Terre
motus uero motionem illorum significat. qui p̃ eorum
p̃dicationem. ab infidelitate ad fidem mouent.

Et facta est ciuitas magna. in tres partes.

Ab exordio mundi usq; ad finem seculi duę
ciuitates edificari uidentur. quarum una ē di. altera
diaboli. Una quę ab abel iusto cepit. & ad nouissi
mum electum tendit. altera quę a cain impio inicium
sumpsit. & in ultimo reproborum terminabitur.
Hic autem ciuitas magna ciuitas diaboli intelli
gitur. Quę magna dicit. propter
multitudinem populorum.
uel propter enormita tem.
scelerum. Hec autem ciuitas in hoc loco in tres
partes diuidi pnuntiat. n̄ quo & ante diuisa non
esse. ut tunc solummodo diuidatur: sed quo certum
sit ex quib; hominum qualitatibus ipsa
constet. hoc est paganorum in gentilitatis errore